Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Super vicesimotercio articulo interrogatus item quod quotidie ad hunc ut examinatus testis dicit articulum fore verum quia ita audivit et audiat quod in dies mirabilia fiunt

Super vicesimoquarto articulo interrogatus item quod de predictis omnibus ut examinatus testis fatetur articulum fore verum ex notoria et publica fama in diversis partibus videlicet diocesis Patauiensis Olomuncensis et in partibus bauarie exorta adque lata ipse testis tunc matrimonius suis quia institutus est dertinauit

Et fuit testis iuratus prout est moris ut

Eadem die honesta Margaretha uxor Iacobi maditum etatis sue annorum Quinquaginta circiter iurata ac medio sui iuramento prestito ad primitus ad memoriam reducto ac de pena perjurii et testis falsidici diligenter admonite deposuit et respondit prout sequitur

Super Primo articulo interrogatus item quod dictus clare memorie Leopoldus ut examinata testis credit articulum fore verum ex auditu

Super Secundo articulo interrogatus item quod fuit vir iustus pius ut testis examinata dixit articulum fore verum quia audivit a senioribus suis

Super Tercio articulo interrogatus item quod fuit vir humilis castus pius modestus ut examinata testis dixit articulum verum quia ante vel circa Triginta annos dum exstitit iuuencula a suis senioribus ita audivit

Super Quarto articulo interrogatus item quod fuit liberalis maxime in erogandis elemosinis examinata testis fatetur articulum fore verum quia ita audivit

Super Quinto articulo interrogatus item quod multa et egregia fecit atque construxit ut examinata testis dixit articulum verum causam reddit quia audivit et hodie audit quod construxit a monasterium Neuenburgense ac alia bona opera apud alia pia loca prout consimiliter audivit ipsum

Super Sexto articulo interrogatus item quod inter subditos suos et alios quos cumque ut testis examinata dixit se audivisse articulata et ita nunc famatur

Super Septimo articulo interrogatus item quod in penis delinquentium exigende ut examinata testis dixit se semper audivisse articulata

Super Octauo articulo interrogatus item quod tempore vite sue ut examinata testis dixit sibi non aliter constare nisi prout audivit

Super Nono articulo interrogatus item quod contra infideles sepius pugnauit ut examinata testis dixit sibi non constare

Super decimo articulo interrogatus item quod pro fide xpi multos et varios labores ut examinata testis respondit prout supra in nono articulo